

## Band IX., Nr. 3543, Seite 85

*Der Graf von Württemberg erlaubt seinem Dienstmann Reinhard von Canstatt genannt von Ufkirch die Veräußerung von Gütern.*

Württemberg, 1286. Juni 1.

. . de Wirtenberc comes omnibus presentium litterarum inspectoribus salutem notitiamque subscriptorum. Cum dilectus ministerialis noster Reinhardus de Canstat dictus de Ufkirchen reditus duarum librarum et X solidorum Hallensis monete ex curia dicta Hagenenhof apud Hedelvingen sita singulis annis percipiendos, quos reditus a nobili viro duce de Tecken in feodum obtinebat, vendere disposuisset in suorum redemptionem debitorum, que inquam venditio locum non habebat feodi domino irrequisito, cumque predictus dux ad supplicationem predicti Rein[hardi] ipsum feodum cum sue proprietatis dominio vendi permisisset et venditioni consensum adhibuisset, nos rogatu Rein[hardi] supradicti permisimus et permittimus sub presentium testimonio scripturarum, ut prefatus Rein[hardus] proprietatem seu dominium talium vinearum, videlicet vinee Eberhardi dicti Birer posterioris apud Canstat et vinee dicte Haltuz in monte dicto Galgen et quatuor iugerum vinearum in monte dicto Wunnenberc<sup>1</sup> in supradictum ducem transferre valeat, easdem vineas ab eodem duce in feodum recepturas. In huius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo fecimus communiri.<br> <br> Datum apud Wirtenberc, anno domini MCCLXXXVI., kalendas Junii.

Nach dem Original.<br> <br> Abhängend das beschädigte Siegel Graf Eberhards, s. Alberti: Adels- und Wappenbuch, Taf. 2, Nr. 6.

---

<sup>1</sup> *Wunnenberc*, Flurname bei Bad Canstatt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 493 U 261

**Editionen:**

Württembergische Jahrbücher, 1846, S. 136.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Württemberg

**Ortsindex:**

(Burg) Württemberg Wüstung (21519) <br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W <br> Bad Cannstatt Wohnplatz (7) <br> Bad Cannstatt, Stuttgart, S <br> Hagenenhof Wüstung (21498) <br> Hagenenhof, Stuttgart, S, W <br> Hedelfingen Wohnplatz (24) <br> Hedelfingen, Stuttgart, S <br> Teck Wohnplatz (437) <br> Teck, Owen, ES <br> Uffkirch, Stuttgart, S, W